



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Corporis mensura. 77

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

LXXVII. Corporis mensura.

ATas erat vt diximus, florida; statura pro annis, media. Vires, ni se ipsæ confecissent, robustæ; post autem præ quàm fractæ, & ante morbi vltimi tentamenta, iam defectæ. Corporis habitus gracilis, & cui esset abundè sanguinis; humoris melancholici haud nihil; color oris candidum inter fuscūmque anteps; pallore tamen & verecundia suffusus. Oculi ferè cæsi, sed grandes; par cilijs magnitudo; crines probè nigri. In ore grandiusculo labra subtilia: nasus breuior: exprorecta frons, & lata. Reliquum formæ aded illi neglectum in Vita fuit; vt ob obitu certè se ipso apparuerit venustior: formaque visa sit, à
mor-

morte plus prope beneficij, quã
iniuriã, retulisse.

LXXVIII. Epilogus ad Semi-
narij Rom. Conuictores.

HÆC habui, Iuuenes Nobi-
lissimi, quæ de V B A L D I-
N O mihi comperta, breui com-
mentario duxeram prodenda;
parua Lectori curioso, pleraque;
nec valdè peregrina: ceterum
imitaturis, hoc gratiora, quo
Miraculi speciem minus egressa.
Et talia nempe requirebam.
Nam si Gregorios mihi Thau-
maturgos argumentum sumfis-
sem; iuberem sanè Montes, suis
auulsos sedibus, ambulare; iu-
berem discordia fratrum Sta-
gns, in vnanimis repentè cam-
pos arefcere: neque Antonios
Magnos scripturus, Leone ca-
ruis.